



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

S[e]c[undu]m lucam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Tu aut. Scdm lucam:

In illo tpe: Descendens Iesus de monte stetit in loco camporum: et turba discipulorum eius: et multitudo copiosa plebis. Et reliqua. **Omelia venabilis beati.**
Quod ipse leuatis oculis in discipulos suos dicebat: Beati pauperes quoniam vestrum est regnum dei. Et si generaliter omnibus loquitur specialiter tamen oculos saluatoris in discipulos leuat ut his qui verbum in terra cordis aure percipiunt: latius saporis intimi luminis aperiat. Tu simile est quod matheus ait. Et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius et aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu. Nam quibus os in monte sedens aperit: ut magna sublimiter audiant in eos oculos stans in campo dirigit ut audita patenter intelligant. Tu autem domine. **Lc. ij.**
Beati itaque pauperes non uti quod omnes sed illi tantummodo qui omne peccatum seculi tam etsi altum videatur pro nihilo culmen ducunt. qui merito regni celestis prohibentur munere digni quod delectationis humane per banquet cupiditate mundati. Qualem se ret dicit pauperissime sustinuisse declarans ait: Ego vero pauper et egenus sum. Et alibi: Non modo terrestria sed ipsa pro domino super celestia pariter suspendens dicens. Quid ei restat mihi in celo et a te quod deo

lui super terram. Tu autem domine ne miserere nobis. **Lectio iij.**

Quod ubi spiritus sue anchoram fixisset subdendo manifestat. Tibi autem adherere deo bonum est: ponere in domino deo spiritum meum. Alioquin nonnulli miserima conditioe paupertatis et huius seculi gaudiis ob inopiarum rerum et ibi regno dei ob meritum nequitiam carent. Beati qui nunc esuritis quia saturabimini. Quid esurire beati quid vestire debeant matheus expoit: vide licet iusticiam aptissime nos instruens nunquam nos satis iustos estimare debere: sed quotidianum iusticie semper amare: imo ardere perfectum. Cuius perfectam saturitatem non in hoc seculo sed in futuro posse puenire: superni desiderio psalmista flagrant ostendit qui ait Ego autem cum iusticia apparebo in conspectu tuo sariabor dum manifestabitur gloria tua. Tu autem. **S. lucam.**
In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis: Attendite a fermento phariseorum quod est hypocrisis. Et reliqua. **Omelia beati hieronymi.**
Ad hoc feruntur pertinent omnia que cum apud phariseum recumbens superius disputauerat. De quo et apostolus precepit dicens Itaque epulemur non in fermento veteri neque in fermento malicie et nequicie sed in azymis sine